

- 609 Specto cultum faciemque gradumque:
 Nil ibi, quod credi posset mortale, videbam.
- 611 Et sensi et dixi sociis: „Quod numen in isto
 corpore sit, dubito; sed corpore numen in isto est.
- 613 Quisquis es, o faveas nostrisque laboribus adsis!
 His quoque des veniam!“ „Pro nobis mitte precari!“
- 615 Dictys ait (quo non alius conscendere summas
 ocior antemnas pressoque rudente relabi).
- 617 Hoc Libys, hoc flavus (prorae tutela) Melanthus,
 hoc probat Alcimedon et (qui requiemquemodumque
 voce dabat remis, animorum hortator) Epopeus,
 hoc omnes alii. Praedae tam caeca cupido est.
- 621 „Non tamen hanc sacro violari pondere pinum
 perpetiar“ dixi „Pars hīc mihi maxima iuris“
- 623 inque aditu obsisto. Furit audacissimus omni
 de numero Lycabas (qui - Tusca pulsus ab urbe -
 625 exilium dira poenam pro caede luebat).
- Is mihi, dum resto, iuvenali guttura pugno
 627 rupit et excussum misisset in aequora, si non
 haesissem, quamvis amens, in fune retentus.
- 629 Impia turba probat factum.

cultus, ūs *m* die Kleidung
faciēs, ēī *f* das Gesicht
gradus, ūs *m* der Gang

quisquis *hier*: wer auch immer
favēre gnädig sein

mittere *hier*: aufhören
precārī beten
Dictys (*griechischer Name*)
quō als dieser
cōnscendere *m. Akk.* hinauf-
 klettern *auf*
ōcior schneller
antenna die Segelstange
prēnsus = prehēnsus
rudēns, ntis *m* das Tau
relābī sich herablassen
Libys ... Melanthus ... Alci-
medōn ... Epōpeus (*griechi-*
sche Namen)

flāvus blond
prōrae tūtēla der Wäch-
 ter auf dem Bug
requiēs (*Akk. requiem*) die
 Ruhepause
rēmus das Ruder
hortātor der Ansporer

Ergänze: hoc omnes alii *probant*
caecus blind
cupīdō, inis *f m. Gen.* die Gier
nach

violārī *hier*: einen Fluch auf
 sich ziehen
pondus, eris *n* die Ladung
pīnus, ūs *f* das Schiff
perpetī zulassen
Ordnung und ergänze: Hīc mihi est
pars maxima iūris das meiste
 Recht

obsistere sich entgegenstellen
furere wütend werden
audāx (*Gen. audācis*) wild
Ordnung: de omni numero
Lycabās (*griechischer Name*)
Tuscus etruskisch
exilium poenam luere eine
 Verbannungsstrafe abbüßen
dīrus grauenvoll

iuvenālis jugendlich
guttura rumpere auf die Kehle
 schlagen
pūgnus die Faust
excussum mittere vom Schiff
 werfen

āmēns bewusstlos
fūnis, is *m* das Tauwerk